



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

9 Ecclesiae bona possunt etiam alienari intuitu pietatis, ut in alimoniam pauperum, in redemptionem captivorum, & pluribus alijs de causis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

condit. & demonstra. & in l. lecta. nu. 7. ff. si ser. pet. Dec. cons. 89. nu. 3. & cons. 523. n. 4. & Paris. cons. 26. num. 9. volum. 2. & sic tempus elapsum primæ concessionis. glo. in clem. 1. in verb. extunc. de jur. patr. & Abb. in cap. pastoralis. num. 3. de except.

4 Secundo quod ad bona ¶ exigui valoris videtur, quod nec illa bona immobilia ecclesie donari, commutari, vel vendi possint. ut est text. in dicto capit. sine exceptione fere per totum. 12. questione secunda. capit. casellas 10 questione secunda, super quo formatur regula, præsertim instantibus verbis generalibus, quibus Leo Papa ibi usus fuit, videlicet sine exceptione decernimus, ne quis Episcopus de rebus ecclesie suæ quidquam donare, &c. quod nulla bona ecclesie, etiam pauci valoris, alienari possint, cum verbum, quidquam, ibi positum sit generale. quod nihil excipit gl. in extrav. com. cap. unic. ne sed. vac. aliq. innov. in verb. & si quidquam. & Joann. venit enim Princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam cap. 14. in fin. confirmatur dicta regula, quia quicumque ¶ Episcoporum, presbyterorum, aut diaconorum oblitus Dei, & decreti prohibitivi immemor, in constitutum committentes prædium ecclesie magnum, vel exiguum, vel quidquam de jure ecclesie alienare tentaverit, & donator, & alienator, & venditor honoris sui amissione est multandus cap. quicumque. il. 1. 16. quest. 4. Rebuff. in comp. alien. rer. Eccles. numer. 58. & 59. Redo. de reb. eccles. non alienan. quest. 13. numer. 1. & 2.

6 Fallit tamen dicta regula, primo in bonis ¶ immobilibus parvi momenti, ut sunt terrulæ, & vineolæ. cap. terrulas. 12. qu. 2. & ibi Præpos. & Arch. & hic est unus ex

casibus à jure permittis à Paulo II. in d. extravag. Ambitiosæ, exceptus. & propterea si Episcopus alienat rem minimam, pœnam non incurrit, quia ista modica sunt exempta ab omni solemnitate, & juris dispositione, ut in d. cap. terrulas. Abb. in cap. ut super per illum textum. numero 14. de reb. Eccl. non alienan & Red. d. quest. 13. nu. 11. & 17. eod. tit. & rem minimam judicandam puto juxta ¶ mentem provincialium, & synodalium decretorum cujusque patriæ, cum in his attendatur loci consuetudo. cap. ceterum. & ibi Abb. nu. 4. de donat. & Red. in d. qu. 13. nu. 15.

8 Secundo terra ecclesie ¶ sterilis potest in emphyteusum concedi ei, cujus studio reducatur ad culturam cap. ea enim. §. perpetua quoque 10. quest. 2. cap. ad aures & ibi Abb. num. 1. de reb. eccles. non alien. & postmodum ad culturam redactæ hæredi eorum, à quibus suo, vel parentum suorum labore constitit esse ad culturam redactas, in casum devolutionis poterunt jure ad censum concedi, habita ratione utilitatis, quæ tempore renovationis investituræ faciendæ percipi possit, ut in d. c. ad aures. & ibi gloss. in verb. tunc. & Abb. nu. 4. cum aliis supra, & in dicta decis. 360. num. 7. allegatis.

9 Tertio pietatis ¶ intuitu. gloss. in cap. 1. 12. quest. 2. quia aurum habet Ecclesia, non ut servet, sed ut erogat, & subveniat in necessitatibus: aurum Sacramenta non quærunt, neque auro placent, auro non emuntur, ornatus sacrorum est redemptio captivorum, & vera illa sunt vasa prætiola, quæ redimunt animas à morte: ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis ejus est operatus, & nemo potest dicere, cur pauper

vivit? nemo potest queri, quia captivi redempti sunt, nemo potest accusare, quia templum Dei est ædificatum, vel cœmeterium ampliatur, quia in alimonia pauperum, redemptione captivorum, ædificatione templi, vel augmentatione cœmeterii, possunt bona Ecclesiæ alienari. *cap. sacrorum & cap. aurum.* & ibi gloss in *ver. in his d. q. 2. Fed de Sen. cons. 224. num. 5.* Et gloria Episcopi est pauperibus providere, ignominia sacerdotis est propriis studere divitiis. *cap. gloria* ¶ *Episcopi ead. q. 2.* & pluribus aliis de causis possunt bona ecclesiastica certo modo & in subsidium, quando necessitati aliter succurri non potest, alienari, de quibus per *Rebuff. in suo compend. alien. rer. eccl. a num. 25. usque ad num. 34.* & per *Red. q. 11. 12. 13. 19. 20. & 21. eod. tit.*

¶

Et, quoniam dominia ¶ civitatum, & castrorum S. R. E. propter custodiam, & præsidium in eis maxima cum impensa<sup>12</sup> manutenedum magis damnosa, quam utilia, quandoque dicebantur, propterea, adhibitis solemnitatibus juris, plura in feudum fuerant concessa, quæ, si tractu temporis ad Ecclesiam devolvebantur, iterum de novo aliis sine solemnitate concedebantur, quia eadem causa prima durare videbatur, & ultima investitura non judicabatur nova alienatio, sed prioris infeudationis continuatio *cap. consuluit. de iude. & Sarrac.* & ibi *Abb. num. 1. Felyn. inc. cum accessissent. n. 33. de cons. & Red. de reb. eccl. non alien. q. 12. num. 59.* Sed, cum postea experientia docuerit, nonnullos nimium ambitiosos, & dominandi cupidos

sub variis prætextibus, coloribus, & eausis sæpe etiam falsis, aliquibus Romanis Pontificibus, suggestionibus, & insinuationibus suis conatos esse ostendere, & persuadere, magis utile, & expediens Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sedi Apostolicæ fuisse, si aliquæ civitates, terræ, oppida, castra, arces, & loca, ad jus, & proprietatem ejusdem Sedis pertinentia, in feudum, gubernium, Vicariatum, Ducatum, aut quemvis alium titulum perpetuum, vel ad tertiam generationem, seu ad vitam, aut aliàs ad longum tempus concederentur, vel etiam ex eo, quod aliàs in feudum data, aut quovis alio titulo hujusmodi alienata fuissent, & ad sedem præfatum devoluta, vel devolvenda, de jure iterum infeudari, & alienari non posse, & debere, atque inde nonnullas alienationes, infeudationes, & concessiones à Sede Apostolica emanasse, ex quibus illa non mediocrem diminutionem patrimonii, & existimationis recepit;

¶ Pius V. motu ¶ proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, atque de S. R. E. Cardinalium in consistorio secreto consilio, & unanimi assensu, qui etiam jurarunt constitutioni non contravenire, nec Pontificibus alienationes contra suam constitutionem attentantibus consentire, & absolutiones à juramento prædicto non petere, nec acceptare, sua perpetuò valitura constitutione deerevit, & declaravit, civitates, & loca præfata hæcenus in feudum, aut quemvis alienationis titulum dari solita, vel consuetata ad Sedem prædictam quomodolibet devoluta, & pro tempore devolvenda, absque alia ulteriori declaratione, & illorum possessionis apprehensione, eo ipso Sedi,